



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Flagella. 24

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

infidijs essent opportuna, arctioribus censuit excubijs munienda. Intumuerant ex casu genua, lectoq; affixum retinebant; Nichilo minus vt primum excipere se pedibus valuit, (quanquam neque tumor adhuc, nec dolor resedisset) per sublimium scalarum difficiles gradus, reptando genibus, sæpè enitebatur; eo solum, vt à quæsitis cruciatibus corpus nunquã integrè vacaret.

XXIV. Flagella.

CÆterum si vsquam alibi seuerus, certè in voluntaria sui verberatione cum primis fuit; qua noctibus alternis, donec vltima ægritudo obnuntiaret, corpus omne lacerare perseuerauit; vsus eam ad rem (quod supra ostensum) aut nodosis funibus, quos prius intextis radijs, ha-

han
gen
dol
ber
lan
ple
qua
pro
res
fur
fan
vul
gn
fec
dul
pri
pro
nic
nu
fuj
po
his

ha-

hamisq; ferreis armasset; aut ri-
 gente catena, quam ipse sibi ad
 dolores ciendos, haud rudis fa-
 ber, confecisset. Et hanc corporis
 lanicnam, per horę quadrantem
 plerumque; ad semissam sæpè;
 quandoque ad horæ mensuram
 producebat; tanto connisu, vt vi-
 res interposita quiete fuerint re-
 sumendæ; Inde magna vis effusi
 sanguinis: eaq; corpori inflicta
 vulnera, quæ post obitum ma-
 gno numero inuenta, indicium
 fecere dissimulati doloris. Nec
 dubitavit Angelus Bagnarea,
 primi nominis medicus, disertè
 pronuntiare; acceleratam Anto-
 nio mortem, ab eo tam conti-
 nuo cruciatu fuisse, quo se ipse
 supra quàm credi de adolescente
 potuisset, assiduè macerarit. In
 his exercitationibus, id sollerter

apprimè cauebat: ne sui ostentator, magnis laboribus, plus vani, quàm lucri colligeret, si in ore oculisque hominum gesta hæc vellet. Quocirca noctu plerumque cum obdormisse socij crederentur, secessum ad hæc studia captabat; quanquam ne sic quidem fefellit, quin multos, flagrorum crepitu excitos, arcani sui testes, insciens imprudensque aduocaret.

XXV. Animi interiora.

V Erùm vt hætenus de mandando corpori premendoq; incubuit; ita haud paulò maiores curas, ad animi naturæque frenandos impetus, conuertit. Nam vbi paternis edibus egressus, versari inrer exteros cæpit, (non omnes ad modum eundem, ingeniumque factus) aperuere se
 quæ-

quæ
 nun
 nes:
 nim
 offe
 tum
 & n
 erar
 ret,
 poss
 nor
 reti
 si q
 mat
 do c
 mu
 mu
 pri
 fibr
 defi
 etia